

commendatur. Jubar æquo animo ferre res secundas & adversas, ne scilicet in illis effaramur, in his verò animum despondeamus. Sibi ipsi enim imperare, summum est imperium; & scitè poëta:

*Fortior est qui se, quam qui fortissima vincit.
Mœnia, nec virtus altius ire potest.*

*Exempla
Aequabilitatis*

1.

2.

3.

4.

In sacris exemplum habemus Jobi, qui, quum ex distissimo factus esset pauperrimus, cundem habuit animū in Deum directum, quum diceret: *Dominus dedit, Dominus abstatuit.* Philippus, rex Macedonum, ut in æquabilitate sese contineret, singulis diebus manè per puerum ad hoc delegatum, sibi acclamari jussit: *μέμνησον αὐτὸν Θεόν,* id est, memento te esse hominem, ut refert Ælianus lib. 8. de varia historia. Panormitanus lib. 4. refert de Alphonso, rege Aragoniae, quod ob magnas insperatasque viatorias nunquam omnino mutatus fuerit, sed sese ita gesserit, ut in omni fortuna cundem semper vultum, cundem habitum, cundem sermonem, eandem mansuetudinem & benignitatem ostenderit. Valerius Max. lib. 4. c. 1. scribit de Metello, quod exul in Asia acceptis literis de restitutione & reditu in patriam, quum in theatro ludos spectaret, lætitiam suam proximè assidentibus non patet fecerit, & quod pari vultu & exul & restitutus semper inter secundas & adversas res firmo & constanti animo fuerit.

3 Aequabilitati in excessu opponitur Luxuries, quæ est vitium morale, quo homo in rebus secundis constitutus, fit insolentior.

S C H O L. Dicitur etiam Lascivia in rebus secundis. De hoc vitio rectè poëta Ovidius:

*Luxuriant animi rebus plerumq; secundis,
Nec facile est aquâ commoda mente pati.*

Hoc vitio plerumq; laborare solent ii, qui ex tenuiore sorte ad splendidiorem evahuntur, unde Poëta: *Asperius nihil est humili, quum surgit in altum.* & rectè Germani: *Es ist kein schwert das schärpffer schirt/ Als wenn ein hawp*